Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5233
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



cuffodia: ab incepatione vultus tui pibunt. Fiat
manus tua super virum dexteræ tuæ: et super filium hominis
quem confirmasti tibi. Et non discedimus a te: vivificabis nos et nomen tuum invocabimus. Domine deus virtutum converte nos: et ostende faciem tuam et salvi erimus. Ps. 80.

14 Exultate deo adiutori nostro: iubilate
deo iacob. Sumite psalmum et date tympanum
psalterium iocundum cum cithara. Buccinate in concinente
tuba: in insigni die solempnitatis vestræ. Quia præceptum israel est: et iudicium deo iacob. Testimonium in Jo-
sep posuit illud cum exiret de terra egipti: linguam quam
non noverat audivit. Divertit ab onere dorsum eius: manus
eius in sporta inservierunt. In tribulatione invocasti me et li-
beravi te: exaudivi te in abscondito tempestatis: probavi
te apud aquam contradictionis. Audi populus meus et contestabor te: israel si mihi audieris non erit in te deus recens
nec adorabis deum alienum. Ego enim sum dominus deus tuus
qui eduxi te de terra egipti: dilata os tuum et adimplebo illud. Et non audivit populus meus vocem meam: et
israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria
cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis. Si populus
meus audisset me: israel si viis meis ambulasset. Pro
nichilo forsitan inimicos eorum humiliasset: et super tribulantes eos misisset manum meam. Inimici domini mentiti
sunt ei: et erit tempus eorum in sæcula. Et cibavit eos ex
adipe frumenti: et de petra melle saturavit eos.
Ant. Exultate deo adiutori nostro. Ant. Laudate dominum